



Universitätsbibliothek Paderborn

Medvlla Theologica

Ex Sacris Scriptvris, Conciliorvm Pontificvmqve Decretis, Et Sanctorvm
Patrvm Ac Doctorum Placitis Expressa ; In qua, quidquid tum ad fidei
mysteria sanè ac rectè intelligenda, & ab erroribus quibusvis secernenda,
tum ad sacramenta debitè conficienda & ministranda, tum ad actiones
humanas iuxta ...

Complectens ea quæ ad Sacramenta & mores pertinent

Abelly, Louis

Coloniæ Agrippinæ, 1659

Sect. I. Quid sit Sacmentum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-38979

diligentia & affectu perdiscenda huic cœlesti de Sacra
mentis doctrinæ incumbere, ut eos decet, quos ministri
suos ac mysteriorum dispensatores Christus Dominus
constituere voluit, & à quibus dispensationis illius ratio-
nem se aliquando exacturum esse contestatus est.

De ipsis igitur Sacramentis primum in genere, tūm po-
ste in particulari, secundūm ordinem à Sancto Doctor
præscriptum, nobis deinceps agendum est.

C A P V T P R I M V M.

De Sacramentis in genere.

S E C T I O I.

Quid sit Sacramentum.

Nomen Sacramenti dñobus præsertim modis apud sa-
cros scriptores acceptum reperitur: 1. pro re occulta &
latente; quo sensu Eph. 2. dicitur, *Ut notum nobis ficeret Sa-
cramentum voluntatis sua*; & Sap. 2. Nestierunt Sacramenta esse
Dei: 2. pro ipsis rei latentis & occultæ signo, ut Ephel.
*Sacramentum hoc magnum est, ego autem dico in Christo Et in Eterni-
tate: ubi matrimonium ab Apostolo Sacramentum mi-
gnum appellatur, quia est signum magnæ alicuius rei
tentis & occultæ, nempe coniunctionis Christi cum E-
clesia.*

In hac autem posteriori acceptione nomen Sacramen-
tum communiter à SS. Patribus & ab ipsa Ecclesia usurpatu-
it, ad exprimendas sacras quasdam ceremonias ad ne-
stram sanctificationem divinitus institutas, ut ex infra d-
ecendis patebit.

Hoc igitur sensu Sacramentum in Catechismo Concil-
Trid. Part. 2. c. 1. definitur: *Res sensibus subiecta, que ex Dei
stitutione sanctitati, & iustitia, tūm significanda, tūm efficien-
tia habet.*

Dicitur 1. *Res sensibus subiecta seu, ut loquitur S. Doctor
q. 60. art. 2. ad 4 signum sensibile:* quia hoc ad suavem De-
providentiam pertinuit, ut per res exteriores, & signa qua-
da

Sacra
m
i
f
i
stros
niniu
ratio.
m po
ctor
oud s
ulta &
eret Sa
amen
phel
m m
reil
um E
men
patu
ad no
frà d
oncili
Dein
ficien
Octo
em D
a qua
dar

dam sensibilia ad cognitionem & perceptionem rerum spiritualium & divinarum veluti manu duceremur: *Si anima incorporeus esses, ut ait S. Chrys. Homil. 83. in S. Matth.)* nude ipsa dona in corpore tibi tradidisset; sed quia corporiconiuncta est anima tua, ideo rebus sensibilibus tibi intelligenda traduntur.

Dicitur 2. *Ex Dei institutione: Sacramentum enim non est signum naturale aut physicum, sed ex sola Dei voluntate & institutione, cuius solius est instituere signa illa, quae justitiam & sanctitatem significare & conferre possint; sicut illius solius est sanctitatem ipsam & iustitiam efficere, ut docet S. Thomas: p. 3. q. 64. a. 2. quod tamen non obstat, quin ut idem S. Doctor afferit art. 3.)* Christus Dominus, etiam in quantum homo fuerit causa ministerialis principalis ipsorum Sacramentorum, ad eorumque interiores effectus non solum meritorie, sed etiam efficienter in ratione causa instrumentalis operetur.

Dicitur denique, *Sanctitatis & iustitiam significandam* tunc efficienda vim habere: quibus verbis indicatur Sacramentum esse signum quoddam practicum, cuius usu seu applicatiōne fideles interius ex opere operato sanctificantur, & exteriorius veluti Symbolo seu nota quadam ab aliis Gentibus discernantur: quae omnia ex dicendis pleniū & faciliū poterunt intelligi.

Est autem observandum hac ultima definitionis particularia Sacra menta legis gratia præsertim distingui à Sacramentis legis naturæ & Mosaica: quamvis enim essent signa quædam sensibilia ad sanctitatem & iustitiam significandam divinitus instituta, unde Apostolus dicit, Circumcisio nē fuisse Rom. 4. Signaculum iustitiae fidei; non tamen illius efficienda & ex opere operato conferenda vim habebant, ut docet S. Thomas: q. 62. a. 6. unde idem Apostolus illa vocat *In firma & egena elementa: Gal. 4. & S. Augustinus, Lib. 19. contra Faust. cap. 18. vetera (inquit) Sacramenta promittebant gratiam, nostra vero ea exhibent.*

*

A 2

SEC